

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii  
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis  
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

**Grumsel, Gérard**

**Mechliniae, 1666**

De Primis Qvinqve Miracvlis Approbatis Ab Illust[ri]smo ac  
Reverend[issi]mo Mechliniensium Archiepiscopo 10. Maii & 4. Novemb:  
1660. Elegia Secunda Phreneticus sanæ menti restitutus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13399**

DE  
**PRIMIS QVINQUE MIRACULIS**  
 APPROBATIS  
 Ab Illust.<sup>mo</sup> ac Reverend.<sup>mo</sup>  
**MECHLINIENSIMUM ARCHIEPISCOPO**

10. Maii & 4. Novemb: 1660.

ELEGIA SECUNDA.

*Phreneticus sana menti restitutus.*

**C**VLta IVVant, et aVIta pLaCent qVoqVe pIgnora CxLIs:  
 XaVerlo nVnC es tVta, MaLIna, tVo.  
 LætaqVe sVCCessV tanti Mea tIbla CVLtVs  
 EXILIT, et popVLo VVLt noVa gesta LoqVI.  
 DICte Iô Pæan! Cyrrhæ resonate sorores:  
 BeLgICa nVnC posthaC InDIa faCta noVa est.  
 XaVerII hIC VIVVnt, et aDhVC qVoqVe BraChIa fVLgent,  
 BraChIa proDIgIIs InCLyta tota sVIIs.  
**M**ors aLIIs pæna est, et post Data fVnera terræ,  
 Ossa tegIt, tenebrIs et tegIt aCta sVIIs:  
**A**DIIICIt hIs VIVaX VIrtVs à funere robVr,  
 Et totles VItaM spIrlVs IntVs habet.  
**V**os erItIs testes, qVlbVs hanC eXerCVIt AVCtor,  
 TVqVe VeL AVCtorI, Chara MaLIna, tVo.  
 NeC tVa, CrVesenI, VVLgVs qVoqVe LlterfaLLer,  
 NeC tVa IVratæ fIXa sIgILLa ManVs.  
**V**osqVe, MaChaonIo qVI pLVs eXCeLLItIs VsV,  
 GestalIqVet rItV CVnCta probasse sVo.  
**H**æC ego propterea (tot enIM taCVIſſe tonantIs  
 sIgna nefas) ChronICO peCtIne faCta LoqVar.

orDIar

DE  
**PRIMIS QUINQUE MIRACULIS**  
 APPROBATIS  
 Ab Illust<sup>mo</sup> ac Reverend<sup>mo</sup>  
**MECHLINIENSIO ARCHIEPISCOPO**

10. Maii & 4. Novemb: 1660.

*ELEGIA SECUNDA.*

*Phreneticus sane menti restitutus.*

**C**ulta juvant, & avita placent quoque Pignora Cælis:  
 Xaverio nunc es tuta, Malina, tuo.

Lætaque successu tanti mea tibia cultus  
 Exilit, & populo vult nova gesta loqui.

Dicite iō Pæan! Cyrrhæ resonate sorores;  
 Belgica nunc posthac India facta nova est.

Xaverii hîc vivunt, & adhuc quoque Brachia fulgent;  
 Brachia prodigiis inclyta tota suis.

Mors aliis poena est, & post data funera terræ,  
 Ossa tegit, tenebris & tegit acta suis:

Adjicit his vivax virtus à funere robur,  
 Et toties vitam spiritus intus habet.

Vos eritis testes, quibus hanc exercuit Auctor;  
 Tuque vel Auctori chara Malina tuo.

Nec tua, Crueseni vulgus quoque littera fallet,  
 Nec tua juratae fixa sigilla manus.

Vosque, Machaonio qui plus excellitis usu,  
 Gesta liquet ritu cuncta probasse suo.

Hæc ego propterea (tot enim tacuisse Tonantis  
 Signa nefas) chronicò pectine facta loquar.

orDIar eX rItV, qVo nos FRANCIsCe, saCeLLo  
 EXVVIIIs DVCet neXa tabeLLa tVIIs.  
 NaM series tanta est, Vt sI non esset & orDO;  
     In LabyrInthæas Cogerer Ire VIas.  
 Vrbe fVIIt IVVEnIs ter senIs eDItVs annIs;  
     VIDIt abhInC seX-as DVra prVIna nIVes.  
 HVnC sVbItVs MentIs fVror aC Vesania CepIt:  
     QVI fVerat, LIngVæ nVnC proCVL VsVs erat.  
 CLara reCensItIs Inerant DeLIrla DICtIs;  
     IaCtato stILLans Ibat ab ore LIqVor.  
 QVIn aDeo sese VVLtVs Varlabat In oMnes:  
     VIX styX, aVt fVrIæ tot PhLegétonIs habent.  
 NVnC oCVLIs, nVnC ore MInaX, nVnC VIrlbVs VsVs  
     Cäperat & tVrpes VI Lanlare genas.  
 Non tantIs, VeL tot fVrIIs arDebat Orestes:  
     Non tantæ AlaCIs, non AthaMantIs erant.  
 sara parens fLebat: neC opIs sIBI ConsCia sanæ,  
     InHICIt heI! bInas In fera CoLLa ManVs.  
 QVIn soCIIIs aDIVta toro VInCLIsqVe reCLVDIt,  
     At torVs, & ferrI nIL qVoqVe VInCLA IVVant.  
 EXVLVLat; qVestVs fVrIasqVe phrenetICVs aVget:  
     TVrba fLet, aC tantIs nIL VaLet ILLa MaLIs.  
 spes erat In MeDICIs; at II tot In artlbVs hærent:  
     Res ea, res artIs nobILLorIs erat.  
 CæLICa tentantVr; seD & hæC VIX DenIqVe prosVnt:  
     Et pLVs eXCresCens VIrVs In ossa VenIt.  
 sVnt qVoqVe qVI fVrIIs IVVEnIs saCra CarMINa Cantant  
     NIL IVVat; & fVrIas ILLa, neC Ista LeVant.  
 Interea LVnæ pLenVs prope CLaVDItVr orbIs;  
     VLLa neC aVXILio DeXtra, neC aVra VenIt.

ex.



Ordiar ex ritu, quo nos, Francisce, Sacello

Exuvii ducet nexa tabella tuis.

Nam series tanta est, ut si non esset & ordo;

In Labyrinthæas cogerer ire vias.

Urbe fuit <sup>(x)</sup> juvenis ter senis editus annis;

Vidit abhinc sextas dura pruina nives.

Hunc subitus mentis furor ac vesania cepit:

Qui fuerat, linguae nunc procul usus erat.

Clara recensisit incrant deliria dictis;

Jactato stillans ibat ab ore liquor.

Quin adeo sese vultus variabat in omnes:

Vix styx, aut furia tot Phlegetontis habent.

Nunc oculis, nunc ore minax, nunc viribus usus

Ceperat & turpes vi laniare genas.

Non tantis, vel tot furis ardebat Orestes:

Non tantæ Aiacis, non Athamantis erant.

Sara parens flebat: nec opis sibi conscientia sanæ

Injicit hei!binas in fera colla manus,

Quin sociis adjuta toro vinclisque recludit;

At torus, & ferri nil quoque vincla juvant.

Exululat; questus furiasque phreneticus auget:

Turba flet, ac tantis nil valet illa malis.

Spes erat in Medicis; at ii tot in artibus hærent.

Res ea, res artis nobilioris erat.

Cælica tentantur; sed & hæc vix denique prosunt:

Et plus excrescens virus in ossa venit.

Sunt quoque qui furis juvenis sacra carmina cantant:

Nil juvat; & furias illa, nec ista levant.

Interea Lunæ plenus prope clauditur orbis;

Ulla nec auxilio dextra, nec aura venit.

(x) Joannes

Gommaerts

1659.

30. Decemb.

Mechlinie.

Ex

EXCVssIs IgItVr VIſa hæC spes VnICa rebVs:  
 HanC fVIſt eX Mystæ VoCe seCVta parens.  
 Vota tIbI, FranCIſCe, faCIt. IaM LVXerat Eos;  
 sVrgIt, & eXVVIſs sVppLICat ILLa tVIſ.  
 PICta tabeLLa thoLo est; PottaMI hæC InCLyta sIgnat  
 FaCta, saLVrari gesta faVore PatrIs.  
 HanC VbI ConspeXIſt; CVr nI qVoqVe FILIVs hIſCe,  
 sanCte VIr, In tIvLIſ annVMeretVr, alt?  
 sentIat Is parIter qVID oVans tVa DeXtera possIt;  
 FIXaqVe proDIgIIſ sIt noVa CaVsa tVIſ.  
 DIXIt; & eXorta est, & pLVs fIDVCIA CreVIſt;  
 CeV soLet affVsâ CresCere rIVVſ aqVâ.  
 SanCta faCIt Mystes: VotIVVſ LVCet In arâ  
 CereVs; & VVLtVs VIX CapIt Ipsa sVos.  
 FaLLor? an hos CæLo XaVerIVs eXpLICat, InqVIſt,  
 FILIVs & sanâ nVnC qVoqVe Mente VaLet?  
 Vera fVIſt Vates; neqVe spes hanC CrCa feſeLLIt:  
 MoX fVIſt aVgVrII CaVsa seCVta sVI.  
 TeCta petIt: sospesqVe toro, res MIra! Ioannes  
 LIba parens gnato protInVs aDfer, alt.  
 ObstVpVIſt, VIſVsqVe parens, atqVe ora retorsIt;  
 TantaqVe VIX pLenâ gaVDIa Mente tVLIt.  
 FIſt strepItVs: VoLat, & VICInIa ConfLVIſ ILLVC,  
 AttonItIqVe VIrI, CVMqVe parente nVrVs.  
 pVLLVs erat; parat hæC eLIXI IVſCVLa pVLLI:  
 sorbet et eLIXas saLVVs eDIqVe Dapes.  
 Et peDICIs eXVtVs oVat, ferrIqVe CatenIſ;  
 AssIDet eXtrVCto CoLLoqVIſVrqVe foCo.  
 SanaqVe Verba refert IterVM IeIVnIa pensans:  
 SeX VaCVVs Venter qVIppe DiebVs erat.

sic



Excussis igitur visa hæc ipes unica rebus:

Hanc fuit ex Mystæ voce secuta parens.

Vota tibi, Francise facit. Jam luxerat Eos;

Surgit, & exuviis supplicat illa tuis:

Picta tabella tholo est; (y) Pottami hæc inclyta signat

(y) *Supra Reliquias picta tabula exhibens miracula Potami in Calabria à S. Xaverio facta.*

Facta, salutari gesta favore Patris.

Hanc ubi conspexit; cur ni quoque filius hisce,

Sancte vir, in titulis annumeretur, ait?

Sentiat is pariter, quid ovans tua Dextera possit;

Fixaque prodigiis sit nova causa tuis.

Dixit, & exorta est, & plus fiducia crevit;

Ceu solet affusâ crescere rivus aquâ.

Sancta facit Mystes: votivus lucet in arâ

Cereus; & vultus vix capit ipsa suos.

Fallor; an hos cælo Xaverius explicat, inquit,

Filius & sanâ nunc quoque mente valet?

Vera fuit vates; neque spes hanc cæca sefellit:

Mox fuit augurii causa secuta sui.

Tecta petit: sospelque toro, res mira! Joannes,

Liba parens gnato protinus adfer, ait.

Obstupuit, visusque parens atque ora retorsit,

Tantaque vix plenâ gaudia merite tulit.

Fit strepitus: volat, & vicinia confluit illuc,

Attonitique viri, cumque parente nurus.

Pullus erat: parat hæc elixi juscula pulli:

Sorbet & elixas salvus editque dapes.

Et pedicis exutus ovat, ferrique catenis:

Affidet extructo colloquiturque foco.

Sanaque verba refert iterum jejunia pensans:

Sex vacuus venter quippe diebus erat.

Sic vorat esuriens sylvis fera pabula vultur,  
 Sic lacerat mutilans exta ferina lupus.  
 Vesper erat; positosque pius sopor obruit artus:  
 Ductaque nox somno est visa fuisse brevis.  
 Crastina lux fulget: mora nulla, citatius Euro  
 Currit, & Auctori se votet ipse suo.  
 Et quod sanus ovet, voti reus ipse fatetur,  
 Xaveri, hoc pignus muneris esse tui.  
 Sic age, sic cæcos leni, Francise, furores,  
 Quos pariter nostræ tot rota mentis habet.  
 Quis furor heu! vitiis justo pugnare Tonanti?  
 Quis furor heu! hostem vindicis esse sui?  
 Vulgaris furor est: hæc iô! hæc vincula rumpe;  
 Cinget & exuvias justa corona tuas.

## ELEGIA TERTIA

## Veneficium ope Reliquiarum

S. FRANCISCI XAVERII  
S U B L A T U M.

**A**nchora sublata est: nunc currimus altius æquor.  
 Hic quoque Xaverii Lipsana vela regent.  
 Æquor & est, fateor, sat formidabile nobis:  
 Hei! quot in hoc sparsæ non periere rates!  
 Quâ petitur tellus, blandis via juncta venenis  
 Affluit, his Circe toxica fundit aquis.  
 Suxit ab his quædam quoque triste venefica virus,  
 Quæ patrio fertur sæva patrare foro.  
 Illa malis inhians passis per busta capillis  
 Errat, & è certis colligit ossa rogis.

Hinc